electo differt in utroque videlicet mentis et corporis claritate. Alii nimirum alijs ~~[struck]~~ virtutum clarius atque splendidius deum contemplabuntur. et ipsa contemplanda diversa mansionum diversitas vocatur. Una igitur est domus id est denarius sed diversitas est ibi mansionum id est differentia claritatis in beatitudine que unum est ac summum bonum et vita omnium. Hec ille. Unde et augustinus. Qui autem ibi futuri sint pro meritis premiorum etiam gradus honorum atque gloriarum nullatenus est ambigendum. Atque id erit beata illa civitas magnum bonum in se videbit. quod nulli superiori nullus inferior videbit. tam nollet voluisse esse quod non accepit. quam nec in corpore vult esse oculus qui est digitus. Sic itaque habebit donum alius alio minus ut hoc quoque donum habeat ne velit amplius. Hec augustinus. Possumus etiam diversas mansiones omnium electorum sumere secundum ix choros angelorum ad quorum ruinam instaurandam homo est creatus. Nam cum de singulis choris aliqui angeli ceciderint. et in tanto numero quod unum chorum per se fecisset. id dicitur decimus chorus cecidisse et ideo ruina cunctis chori debet per electos homines reparari.

Oratio

Domine ihesu christe mi fragili corde ut inter diversas huius vite dulcedines corpore viuens. mente in infernum descendam. et penas peccatoribus paratas considerans et meditans magis sollicite a peccatis caveam ne moriens illuc descendere et penas ipsas experiri compellar. Da etiam mi domine inter multas huius vite amaritudines divine dulcedini in patria illius mente tenere. et fac ut sic tibi adhereat nichil preter te diligam nichil queram nichil etiam cogitare concupiscam. et tandem ad te deum dominum meum perveniam. Amen.

Conclusio libri et signatio. Capitulum lxxxix.

Habes igitur ex predictis vita domini nostri ihesu christi qualitercumque descripta pro magna parte meditationibus tibi tradita. In qua et per quam nos miseros mirifice consolatur et fovet et spem nobis peccatoribus magnam prebet. Nam pro peccatoribus est incarnatus et cum peccatoribus libenter conversatus. pro ipsis etiam in morte preces fudit et tandem pro talibus mori non est dedignatus. Habes quippe meditationum spiritualium seminarium ex quibus divini amoris fructus uberior oriatur et crescat ut meditatio affectum excitet. affectus desiderium pariat. desiderium lacrimas extorqueat. ut sint tibi lacrime tue panes die ac nocte donec appareas in conspectu domini ihesu et suspiraris ab amplexibus eius. dicitisque id quod scriptum est in canticis. Dilectus meus mihi et ego illi. inter ubera mea id est inter affectiones meas commorabitur. Hec bonaventura. Sit dulcis et suavis affectui dominus ihesus. contra male utique dulces vite carnalis illecebras. et vincat dulcedine dulcedo. quemadmodum clavus clavum expellit. Hec bonaventura. Suscipe itaque reverenter et caute ter predicta et

in eis conversari non pigriteris sollicitudine
et devotione tota. quia hec est via et vita
tua. Hoc est fundamentum super quod potes
magnum edificium construere et ab hoc
te oportet incipere si ad sublimiora velis
ascendere. Nam hec vite Christi meditatio
non solum per se dupliciter pascit sed
etiam ad maiorem cibum transmittit.
Hec enim sunt que dominus Ihesus gessit in
carne. Sed longe sublimius est eum in spiritu
intueri ad quod per hanc scalam poteris
pervenire. Sed in hac interim oportet immo-
rari. Nec tamen qui ad maiorem contempla-
tionem ascendunt hanc dimittere debent
pro loco et tempore. quia hoc esset magne pre-
sumptionis et superbie. Unde Bernardus
qui contemplator altissimus fuit hanc
numquam dimisit prout supra in prologo
vite eius potuit. Hec quippe dulcius sapit
ac fiduciam et consolationem magis
tribuit. Unde Anselmus Ihesu bone quam
dulcis es in corde cogitantis de te
et diligentis te. Et certe nescio quia
non plene comprehendere valeo. Unde est
hoc quod dulcior es in corde diligentis
te in eo quod caro es quam in eo quod verbum.
dulcior in eo quod humilis quam in eo quod sub-
limis. Siquidem longe dulcius est me-
morie diligentis te videre te ex
matre virgine in tempore natum quam in splendo-
ribus ante luciferum a patre genitum.
Temetipsum exinanisse. servilemque
formam accepisse quam in forma dei equale
te deo esse. Dulcius te videre coram
iudeis mori in ligno quam dominari super
angelos in celo. Intueri te inter omnia
subiectum quam super omnia prelatum hominem hu-
mana pertulisse quam deum divina ges-
sisse contemptorem esse penitus quam condito-
rem esse non existentium. O quam dulce est
bone Ihesu in secreto cordis ad memo-
riam revocare te pro nobis de virgine
absque pollutione conceptum absque le-
sione virginitatis eius natum pannis
involutum in presepio reclinatum. susti-
nentem iniuria. tacentem ad obprobria.
pedes discipulorum lavantem. litheo ter-
gentem. de nocte prolixius orantem.
sudorem sanguinis emittentem. triginta
argenteis venditum. osculo traditum
cum gladiis et fustibus captum liga-
tum iudicatum. flagello dampnatum.
ad occisionem ut agnus innocens duc-
tum. os tuum cum male tractareris
non aperientem. cum accusareris in
multis non respondentem. colaphi-
zatum alapis pro pariete tersum
adoratum irrisione caput percussum
in veste alba illusum ad mortem
condempnatum. crucem tuam baiulantem
et in ea affixum. pro crucifixoribus
orantem. aceto potatum. felle ciba-
tum. a latrone convitiatum. sanguinem
tuum per quinque vulnera corporis tui
effluentem. caput inclinantem spiritum
emittentem. dilectam animam tuam
in manus patris tui commendantem.
et hec omnia pro nobis sustinentem. Hec
omnia formant et adaugent magis
et magis exultationem fiduciam
et consolationem amorem et deside-
rium. Quis enim non letetur et exultet.
quis non supra modum iocundetur et
congratuletur videns conditorem suum non
solum pro se hominem esse sed tanta dura
tamque indigna sustinuisse.

Quid i mete suauius rumi/
nat. q dulci9 gustat. q lenius
excogitat. Res in aufert locu
i regno. ubi is oi potes e q caro
mea e et fr. Res in euict9 aqua
iget desolatione. cu spes tata
tanta ofert certitudinez. Quo
aliq tristicia aliq locu hre pt
i eo i q idesinent versat ista co/
gitatio. Hec ansel9. Libent
itaq oiuseris cu dno ihu et vi/
ta ipi9 taq euagelu i corde
studeas iseparabilit collocare.
q i eo solo pax et iqes e. Ihus
ei e iocunditas merencium. et unitas
vincentiu. suauitas dolentiu. ubertas
egenciu. sanitas languentiu. qd
significat quiq lre huis nois ihu.
Un bn9. Gira et regira uisa et
rursa et no inuenies pace ul iqe
n i solo ihu. Quapp si qesce vis
pone ihm ut signaculu sup cor
tuu. q tu ill9 ipe tu illat oia.
H bn9. Ama g eu q te tm ama/
uit. i rede ei vice. qete i bndictoib9
dulcedis sue puenit. q si h feceris
ff i gaudio z delicijs magnis eris.
Un ansel9. Ihu q no amat te ana/
thema sit. Q te amat amaritu/
dinib9 ipleat. Cast9 e amor tu9
dne et n l ipuritatis admittit.
Sobri9 sapor amoris tui et nllaz
mete alienat a rco. Suauis e
amor tu9 et n l hz amari. Na
et q amara sut mudi idulcat.
et dulcia ei9 redit amara. Int
angustias no artat. int pssuras
no opprimit. no perit sb iopia. no
merore contrahit. In laborib9 manz
equanimis. int minas securus.
int bladimeta icorrupt9 inter
tormeta pseuerat iuict9 i morte
ff e viu9. Sicut i thezauro cupid9
gaudet et sic i amore vnici filij
delectat mr. ita gaudiu et delecta°
e qta i caritate tua. dulcis ihu aie
amati te. dulcedo mell. suauitas
lactis. vini sapor iebrians. cuctaq
delicie. no sic oblectat fauces
gustanciu se [illegible] ut amor tu9 metes
diligenciu te. H ansel9. Et ut
magis ad h oia puoceris et hic
liber i noie ipi9 dni ihu q e liber
signat9 ocludat et signet attede
q de hoc salutari noie ihu bn9
sup h° libo oleu effusu nome tuu.
scribit dicens. Est pculdubio int
oleu et nome sposi silitudo nec
ociose spus scus alterutru opauit.
Ego at dico i epla qda qlitate
olei. qd lucet pascit et vngit si
vos meli9 no habetis. Fouet igne
nutrit carne lenit dolore. lux
cib9 medicina. Vide ite nc de
sposi noie. lucet pdicatu. pascit
recogitatu. iuocatu lenit z vngit.
Et pcurram9 singula. Unde
putatis i toto orbe tata et ta
subita lux fidei n i de pdicato ihu.
Nonne i hui9 nois luce deus nos
vocauit i admirabile lume suu.
qb9 illuiatis i ~~luce~~ lumie isto vi/
detib9 lume dicat ~~[illegible]~~ merito
paul9. fuistis aliqn tenebre. nuc
at lux i dno. Nec tm lux e no
ihu. s et cibus. An no totiens

conſortaris quies et recordaris. Quid
eque mentem cogitantis impinguat. Quid
ita exercitatos reparat ſenſus virtutes
roborat vegetat mores bonos
atque honestos. castas fovet affec-
tiones. Aridus est omnis anime cibus ſi
non iſto oleo infunditur, inſipidus est ſi non
hoc ſale conditur. Si ſcribas non ſapit
michi niſi legero ibi ihesum. ſi diſputes aut
conferas non ſapit michi niſi ſonuerit
ibi ihesus. Ihesus mel in ore. in aure
melos. in corde iubilus. Sed est et
medicina. Triſtatur aliquis veſtrum
veniat in cor ihesus et inde ſaliat in
os. et ecce ad exortum nominis lumine
nubilum omne diffugit redit ſerenum.
Labitur quis in crimen currit inſuper ad la-
queum mortis deſperando. nonne ſi
invocet nomen vite confeſtim reſpira-
bit ad vitam. Cui aliquando ſtetit
ante faciem ſalutaris nominis duricia
ut aſſolet cordis ignavie torpor.
rancor animi. languor accidie.
Cui fons forte ſiccatus lacrimarum
invocato ihesu non continuo erupit
uberior fluxit ſuavior. Cui
in periculis palpitanti et trepidanti
invocatum virtutis nomen non ſtatim
fiduciam preſtitit depulit metum.
Cui queſo in dubiis eſtuanti et fluc-
tuanti non ſubito ad invocationem
clari nominis emicuit certitudo.
Cui in adverſis diffidenti. iam iamque
deficienti. ſi nomen adiutorii ſonuit
defuit fortitudo. Nimirum morbi
et languores anime iſti ſunt. illud medicina.
Denique et probare licet. Invoca me
inquit in die tribulationis eruam te et

honorificabis me. Nichil ita ire impe-
tum cohibet ſuperbie tumorem ſedat
ſanat livoris vulnus. reſtringit luxu-
rie fluxum. extinguit libidinis
flammam ſitim temperat avaricie ac to-
cius indecoris fugat pruriginem.
Siquidem cum nomino ihesum. hominem michi
propono mitem et humilem corde. be-
nignum ſobrium castum miſericordem.
et omni denique honeſtate ac ſanctitate
conſpicuum. eundemque ipſum deum omnipo-
tentem. qui ſuo me exemplo ſanet et
roboret adiutorio. Hec omnia ſimul
michi ſonant cum inſonuerit ihesus. Su-
mo itaque michi exempla de homine et auxi-
lium a potente. Illa tamquam pigmen-
tarias ſpecies. hoc tamquam vim activam
eas. et facio confectionem. cui ſimilem
medicorum nemo facere poſſit.
Hoc tibi electuarium habes o anima
mea. reconditum in vaſculo voca-
buli huius. quod est ihesus ſalutiferum
certe. quodque nulli unquam peſti tue
inveniatur inefficax. Semper tibi
in ſinu ſit. ſemper in manu. quo tui
omnes in ihesum et ſenſus dirigantur et
actus. Denique et invitaris.
Pone me inquit ut ſignaculum
in corde tuo. ſignaculum in brachio
tuo. Sed hoc alias. Nunc vero ha-
bes unde et brachio medearis
et cordi. Habes inquam in nomine ihesu
unde actus tuos vel pravos corrigas.
vel minus perfectos adimpleas. itemque unde
tuos ſenſus aut ſerves ne corrumpantur
aut ſi corrumpuntur ſanes. Hec bernardus.

De hoc etiam dulci nomine idem bernardus
alibi quaſi iubilando ſic dicit. Deo gratias.

De hoc etiam dulci nomine idem bernardus alibi quaſi iubilando